

leus nomine, iuxta quem umbra estate in austrum, hyeme in septentriones iaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet septentrio. In eadem India Patales celeberrimo portu, sol dexter oritur, umbra in meridiem cadunt. Septentrionem ibi Alexandro morante annotatum, prima tantum noctis parte aspici. Onesicritus dux eius scripsit, quibus in locis India umbra non sint, septentrionem non conspici, & ea loca appellari. *Asia, nec horas dinumerari ibi.*

Vbi bis anno umbra, & vbi in contrarium.

A T in tota Troglodytice, umbras bis quadragintaquinque diebus in anno Eratosthenes in contrarium cadere prodidit.

Vbi longissimus dies, & vbi breuissimus.

Sic fit, ut uario lucis incremento in Meroe longissimus dies xij. horas aequinoctiales, et octo partes vnius horae colligat, Alexandria vero xiiij. horas. In Italia quindecim. In Britannia xvij. vbi estate lucida noctes haud dubie repromittunt id, quod cogitatio credi: solstitij diebus accedente sole propius verticem mundi, angusto lucis ambitu, subiecta terrae continuos dies habere senis mensibus, noctesque de diuerso ad brumam remoto. Quod fieri in insula Thule Pythaeas Massiliensis scripsit, sex dierum navigatione in septentrionem a Britannia distante: quidam vero & in Mona, quae distat a Camaloduno Britanniae oppido circiter ducentis milibus, affirmant.

Item de horologio.

V Mbrarum hanc rationem, & quam vocant gnomonicen, inuenit Anaximenes Milesius, Anaximandri (de quo diximus) discipulus: primusque horologium quod appellant Sciotericum, Lacedaemone ostendit.

Quomodo dies obseruentur.

Ipsum diem alij aliter obseruauerunt. Babylonij iter duos solis exortus: Athenienses inter duos occasus: Umbri a meridie in meridiem: vulgus omne a luce ad tenebras: Sacerdotes Romani, & qui diem diffinit re ciuilem, item Aegyptij & Hipparchus, a media nocte in mediam. Minora autem interualla esse lucis inter ortus solis iuxta solstitia, quam aequinoctia apparet, quia positio signiferi circa media sui obliquior est, iuxta solstitium vero rector.

Differentiae gentium ratio.

Contexta sunt his caelestibus nexa causis. Namque Aethiops vicini sideris uapore torrerent, adustisque similes gigni, barba et capillo uibrato, non est dubium. Et aduersa plaga mundi atque glaciali, caecida cute esse gentes, flauis permixtas crinibus: truces vero ex caliditate rigore has et illas mobilitates habentes. Ipsaque crurum argumeto, illis in supera succum reuocari, natura vaporis: his in inferas partes depelli, humore deciduo. Hic graues feras, illic uarias effigies animalium prouenire, et maxime alitum, & in multas figuras gi-

* rigore & has: illas mo. * crinium

gni uolucres. Corporum autem proceritatem utrobique, illic ignium nisu, hic humoris alimento. Medio vero terrae salubris utrinque mixtura, fertilis ad omnia tractus, modicus corporum habitus. Magna & in colore temperies. Ritus molles, sensus liquidus, ingenia fecunda, totiusque natura capacia. Iisdem imperia, quae nunquam extimis gentibus fuerint: sicut ne illae quidem his paruerint auulsa, ac pro immanitate naturae uergentis illa solitaria.

De motu terrae.

CAP. LXXIX.

Babyloniorum placita motus terrae, hiatusque; et caetera omnia, uel siderum existimant fieri, sed illorum trium quibus fulmina assignantur: fieri autem tantum cum sole aut congruentium, & maxime circa quadrata mundi. Praeclara quaedam esse & immortalis in eo (si credimus) diuinitas perhibetur, Anaximandro Milesio physico: quae ferunt Lacedaemonijs praedixisse, ut urbem ac tecta custodiret: instare enim motum terrae: cum et urbs tota eorum corruiet, & Taygeti montis magna pars ad formam puppis emines abrupta, cladem insuper eam ruina pressit. Perhibetur et Pherecydis Pythagorae doctoris alia coniectatio, sed & illa diuina: haustu aquae e puteo praesensisse, ac praedixisse ibi motum. Quae si uera sunt, quantum a deo tantum uideri possunt tales distare, dum uiuant? Et haec quidem arbitrio cuiusque existimanda relinquuntur, ventos in causa esse non dubium reor. Neque enim unquam intremiscunt terrae, nisi sopito mari: caeloque adeo tranquillo, ut uolatus auium non pedeat, subtracto omni spiritu qui uehit: nec unquam nisi post ventos conditos, scilicet in uenas et caernas eis occulto afflatu. Neque aliud est in terra tremor, quam in nube tonitruum. Nec hiatus aliud, quam cum fulmen erumpit, incluso spiritu luctante, et ad libertatem exire nitente.

De terrae hiatus.

CAP. LXXX.

Varietas itaque quatuor, & mira eduntur opera, alibi perstratis membris, alibi hiatus profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, nonnunquam etiam ignibus calidis fontibus, alibi aduerso fluminum cursu. Praecedat uero comitaturque: * auerso

terribilis sonus, alias murmur similis mugitibus, aut clamori humano, armorumque pulsantium fragori, per qualitate materiae excipietis, formaque; uel caernarum uel cuniculi per quem meat, exilius grassante in angusto, eodem rauco in recuruis resultante, in duris fremente, in humidis fluctuante & stagnantibus: item fremente contra solida. Itaque & sine motu saepe editur sonus. Nec simplici modo quatuor unquam, sed tremat vibratque; hiatus uero alias remanet, ostendens quae forbit, alias occultat ore compresso: rursusque ita induto solo, ut nulla uestigia extent, urbibus plerumque; deuoratis, agrorumque; tractu hausto. Maritima autem maxime quatuor unquam. Nec motosa tali malo caret. Exploratum est mihi Alpes Apenninumque saepius tremuisse. Et autumno ac uere terrae crebris mouentur, sicut sunt fulmina. Ideo Galliae & Aegyptus minime quatuor unquam

* Praeclara quaedam & immortalis (si credimus) diuinitas perhibetur Anaximandro.

* terrae motum.

* post ventos condito scilicet in uenas & caernas eius occultat afflatu.

b 3 quatuor unquam